



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Censvra Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, In
Librum cui titulus est: La Défense de l'authorité de N. S.
P. le Pape, ..., contre les erreurs de ce temps, Par Iacques
De Vernant, à Mets, 1658**

Université <Paris> / Faculté de Théologie

Parisiis, 1665

Lettre du Roy Philippe le Bel au Pape Clement V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14744

Idem.

Nos autem authoritatem vestram judicaturam potius credimus, ut ea sequamur, quæ decessores ac prædecessores vestri secundum scripturarum tramitem, prædicationemque majorum scriperunt, quam illa, quæ scriptor sèpè dictæ Epistolæ ex nomine vestro nobis directæ confinxit. Ait enim Beatus Augustinus libro ad Ianuarium, omnia talia, quæ neque sanctorum Scripturarum authoritatibus continentur, nec in Concilijs Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universalis Ecclesiæ roborata sunt, res secunda existimo.] Et Sanctus Leo, de his quæ à sacris Canonibus habentur ita præfixa, & ijsdem Apostolicæ sedis sunt promulgata decretis, ut nullâ possint ratione convelli, constituit, ut omni penitus autoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum.

Idem.

Quod adhuc nostris litteris ad exemplum inserere nolimus, donec sciamus, si duritiam mandatorum vestrorum erga nos aliter ad benignitatem inflectere poterimus: quia quod ex Apostolicæ Sedis nomine secundum sanctorum Scripturarum tramitem, prædicationemque majorum, & orthodoxorum decreta scribitur, sequendum & tenendum non ignoramus, & quod secùs à quoquam fuerit compilatum sive confectionum, non solùm respendum, sed & redargendum esse cognoscimus.

Lettre du Roy Philippe le Bel au Pape Clement V.

Abstit enim à regiæ perennitatis secularis in quæstione fidei quicquam, quod Vestra Sanctitas, maximè sacro approbante Concilio deciderit, in aliquod unquam dubium revocare.

*Lettre de Louys Comte d'Evreux, & Guy Comte de Saint Paul,
au Pape Clement cinquième.*

Abstit enim à nobis tam execranda præsumptio in quæstione fidei, quicquam, quod Reverendissimæ Sanctitatis Vestræ Sedes, & maximè sacro approbante Concilio deciderit, in aliquod unquam dubium revocare.

Cermonies de examinatione doctrinarum, Consid. 2.

Examinator juridicus doctrinarum fidem tangentium, Papa supremus est in terris, post generale Concilium, vel cum ipso deducitur auctoritate Canonum cum ratione morali præsupposita fide: quoniam supremus in omni politiâ, juris habet dubia circa politiam emergentia determinare, vel interpretari, vel declarare, cum oppositione pœnatum in rebelles, hoc autem est judicium auctorativum. Diceret aliquis non oportet ita fieri, cum Papa sit deviabilis, non enim est magis confirmatus quam Petrus erat? unde

S